

Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.

Wersja sandomierska

Rękopis Biblioteki Narodowej w Warszawie, sygn. BN 12600 III, k. 65va–66ra

Odczyt: Maciej Mikuła

Artykuł 1

[1] Hic incipit fundamentum.

Cesar Otto Ruffus fundavit templum in Meiideburk et dedit civibus municipale ius secundum eorum arbitrium et secundum consilium seniorum. Extunc arbitrati sunt, quod eligerent scabinos [k. 65vb] aut consules, scabinos ad diuturnum tempus et consules ad unum annum. Qui tunc iuraverunt et nunc iurant annis singulis, quando eliguntur, ius ac profectum ac honorem custodire civitatis et agere, quanto caucius ac melius sciant aut possunt, cum consilio aut iuvamine seniorum. Consules exponunt suum conventum secundum suum placitum ac voluntatem cum consensu. Consules eciam habent potestatem iudicandi super quamlibet vacuum mensuram ac pondera iniusta, et coros iniustos et quilibet cibi seu potus mercimonia. Et quicumque hoc violaverit, demeretur tres Slavicas marcas, que faciunt XXXVI solidos. Quando consules suum conventum exponent, extunc quidquid ibi statutum fuerit aut compromissum in isto conventu, firmum violabiliter [s] debet observari. Et quicumque hoc [k. 66ra] violaverit, consules habent peragere. Et quicumque ad conventum venire neglexerit, dum signum datur per campanam, demeretur sex denarios. Sin autem sibi conventus pronunciatus fuerit, demeretur quinque solidos etc.

[hasła: rajca, ławnik, rada, starsi, Magdeburg, cesarz, kadencja, miara, waga]